



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vita Francisci Borgiae Tertij Societatis Iesv Generalis**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Mogvntiae, 1603**

XVII. Francisci obitus

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45256**

cognouit, tendens in cælum manus, & oculos, lætus exclamat: *Nunc dimittis seruum tuum Domine.* Lætus, vitam sibi in Apostolica sedis obsequio, & legatione amissam.

## CAPVT XVII.

## FRANCISCI obitus.

**P**IVS V. Pont. Legationis auctor, & fœderis, vita prius abierat, quam domum FRANCISCVS reuertisset; sedemq; Apostolicam vacuum alteri reliquerat, qui Hugo Boncompagnius, post Gregorius XIII. est dictus. Quo factum, vt multa Pij consilia, de quibus cum Rege Catholico, Regisque ministris conuenerat, infecta permanerint: Accessit & illud incommodi, FRANCISCVM, ad desperationem medicorum laborantem,

tem, Romam venisse, pæne de-  
positum, animamq; agentē. Vix  
enim biduum Romę fuerat, cū  
animam exhalavit. Optabat ille  
quidem, rei gestæ in Legatione  
rationem Gregorio reddere; sed  
is Tiburi erat, duodevicesimo  
ab Urbelapide. Ludouicum ita-  
que Mendoziū, Societatis pre-  
sbyterum, ad Pontificem FRAN-  
CISCVS mittit, qui benedictio-  
nem moribundo, peccatorumq;  
anteactæ vitæ veniam supplex  
postularet. Ille vero ac libenter  
indulfit, & ex thesauris Ecclesiæ  
liberaliter: hoc addito elogio,  
miserari se Ecclesiæ Catholicæ  
vicem. Magnam enim morte  
FRANCISCI iacturam facere,  
quæ tali, tantoque ministro or-  
baretur. Cardinales aliquot, &  
Regū, Principumq; Legati salu-  
ratū officii gratia, gratulatumq;  
de

de aduentu accesserant. At mo-  
 deste ille: intempestiuum nunc  
 videri. Darent itaq; hanc veniã.  
 Vni enim Deo, vitæ, mortisque  
 arbitro, dandã esse operam. Sa-  
 cramentis Ecclesiæ omnibus ri-  
 te munitus, dum oleo sacro, de  
 more migraturus inũgitur, Lita-  
 niæq; recitantur, ad singula ipse  
 respondit pietate singulari. Pa-  
 tres à consilijs assistere soliti, il-  
 lud postremum rogare, vnum è  
 corpore Societatis, qui vices in-  
 terregni tempore, digne susti-  
 neret, ex animi sententia pro-  
 nunciaret. Is renuit: quod neu-  
 trum eorum qui antecesserant.  
 Ignatium, & Laynem, morti vi-  
 cinum nominare voluisse memi-  
 nisset. Mox quietis avidus, ora-  
 tioni se dedit, ac meditationis  
 ductisq; imo è pectore suspiriis,  
 spiritum DEO reddidit, pridie

Kal.

Kal. Octob. qui dies B. Hieronymo anniuersario ritu sacer est; anno cIo. Io. LXXII. paullo 1572. ante tertiam noctis vigiliam: annos natus cum esset duos fere, & sexaginta. Conditus est in æde sacra veteri domus Professorum: compositus cum Patribus, qui eadem dignitate antecesserant. Magna sane, multaq; exstant merita FRANCISCI in Societatem, siue priuatus adhuc, siue cum imperio ageret. In Hispania enim, patrio solo, simul atq; abdicatis bonis omnibus, & honoribus, Societati sese addixit, incredibile dictu est, quem de se virtutis odorẽ, pietatisq; solidæ effuderit, alijque afflarit. Exinde enim Societas ibi cognosci magis cœpit, adeoque amari, vt certatim principes, Societatis sacerdotes euocandos,

Q

346 DE VITA FRANC. BOR.  
candos, excitandaque Collegia  
curarint. Septem vero annis,  
quibus commissæ illi ab Igna-  
tio Hispaniæ Prouinciæ omnes,  
& Orientis Indiarum, plurima  
Collegia illi accepta referenda.  
Hic enim fundus, auctorq; ex-  
stitit. Cum vero Generalis fami-  
liam duxit, in Atlantici maris re-  
motas insulas, Mæteriam, Ter-  
tiamq; in Peru item, nouamq;  
Hispaniam Indiarû. Socios pri-  
mus tanquam in coloniam mi-  
sit. Ex his etiam, magno post ad-  
dito Collegiorum numero, lu-  
cis adeo vastis, duæ Prouinciæ  
factæ. Hinc igitur apparet, si re-  
cte rationem subducas, Ignati-  
um ad Superos migrantē, duo-  
decim Societatis Prouincias  
constitutas reliquisse: qui magi-  
stratum proxime excepit, Lay-  
nē, quinq; adiectas stabiluisse:  
duas

duas deniq; FRANCISCVM ad-  
didisse : vt vnde viginti in vni-  
uersim Prouincias viderit.

## CAPVT XIIIX.

*Corporis forma, & mores.*

**E**LEGANS in eo forma, cor-  
porisq; dignitas imperio di-  
gna. Statura procerus erat, fa-  
cie oblonga, candore simul &  
rubore temperata. Membrorū  
ei decens habitudo, corpusque  
compactum. Frons ampla ma-  
iestatem addebat : nasus item  
aquilinus, & longus: oculorum  
orbis grandiores, colore glau-  
co: genę, & labia rubicunda. A-  
dolescens obeso admodum, &  
crasso fuit corpore: verum post  
assiduis ieiuniis, ciborumq; ab-  
stinentia à cæna temperans, ad-  
eo se ipse maceravit, vt ventris  
cutem duplicaret, & togæ instar  
Q<sup>2</sup> pellem,